

atq; oblati nob̄i charitatis subridia, nulla processus mercede,  
de accepta fideliter colligendi facultas datur, ut  
tandem coelestes hos Ecclesiae thesauros non ad que-  
sum sed ad pretatem exerceri omnes uerè intelligent.

sessio. 6.

(14)

*Doctrina de sanctis. Sacrificio Missæ, publicata  
in Sessione VI. s. Concilii Tridentini sub S. D. N. Pro-  
p. n. die XXII mense Septemb. 1562*

Sacrosancta, Oecumenica, et generalis Tridentina Synodus  
in Spissanetū legitime congregata præsidentibus in ea eisdē  
Apostolico Legatis: Ut uetus, absoluta, atque omni ex parte per-  
fecta de magno Eucharistie mysterio in sancta Catholica  
Ecclesia fides, atq; doctrina retineatur, et in sua puritate pro-  
pulsatis erroribus, atq; hæresibus, conservetur: de ea quate-  
nus uerum, et singulare Sacrificium est, Spiritus Sancti  
illustratione edicta, haec, quæ sequuntur, docet, declarat  
et fidelibus populis prædicanda decernit

*Caput Primum*

Quoniam sub priori testamento (teste Apostolo Paulo) p̄ro-  
pter Leviticū sacerdotij imbecillitatem, consummato non erat:  
oportuit (Deo patre misericordiarum ita ordinante) sacer-  
dotem alium secundum ordinem Melchisedech, surgere  
Dominum nostrum Iesum Christum, qui posset omnes, quod  
quod sacrificandi essent, consummare, et ad perfectum ad-  
ducere. Isigitur Deus et Dominus noster, et in semel se  
ipsum in ara crucis, morte intercedente Deo Patri obla-  
turus erat, ut æternam illuc redemptionem operaretur.

44  
quia tamen per modum sacerdotum eius extingendum non  
erat in causa nouissima, qua nocte tradebatur, ut dilecta  
sponsa sue Ecclesia invisible (sicut hominum natura exigit)  
relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce  
peragendum representaretur: eiusq; memoria in finem usq;  
seculi permaneret, atq; illius salutaris virtus in remissione  
eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applic,  
aretur: sacerdotem secundum ordinem Melchisedecem se in  
eternum constitutum declarans, Corpus et Sanguinem suū  
sub speciebus panis et uini Deo Patri obulit. ac sub carundem  
rerum symbolis Apostolus (quos tunc novi testamenti sacre  
lotes constituebat) ut sumerent, tradidit: et eisdem, corūq;  
in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit, per hæc  
verba Hoc facile in meam commemorationem, ut semper  
Catholica Ecclesia intellexit, et docuit. Nam celebrato veteri  
Pascha, quod in memoria exitus de Aegypto multitudo filio,  
rum Israel immolabat, nouum instituit Pascha, scriptum ab  
Ecclesia per sacerdotes sub signis invisibilibus immolandum, in  
memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem: quando  
per sui sanguinis effusionem nos redemit, enquitq; de poste,  
plate tenebrarum, et in regnum suum transiit. Et hæc quidē  
illa mundæ oblatione est, qua nulla indignitate, aut malitia  
offerentum inquinari potest, quam Dominus per Malachiam  
nomini suo, quod magnum fulgurum esset in gentibus in  
omni loco mundam offerendam prædictit; et quam non  
obscure innuit Apostolus Paulus Corinthiis scribens,  
cum dicit non posse eos, qui participatione mensa demo  
norum polluti sunt, mense Domini participes fieri,

per

per mensam altare uerobiq; intelligens. Hac deniq; illa est, quod per uarias Sacrae uerbi Naturae, et Legis tempore, simili, eudines figurabatur, utpote que bona omnia, per illa signa, fixata, ueluti illorum omnium consummatio, et perfectio complectitur.

Caput 2<sup>m</sup>

Ct quoniam in Diuino hoc Sacrificio, quod in Ille pere-  
gitur, idem ille Christus continetur, et in cruentu immo-  
latur, qui in area crucis uerbo ipsum cœnante obtulit.

Docet sancta Synodus sacrificium istud uere propitiatoriu-  
m esse, per ipsum fieri, ut si cum uero corde, et reuera fide, cu-  
metu, et reuerentia, contriti, ac penitentes ad Deum acce-  
damus, misericordiam consequamur, et gratiam inuenia-  
mus in auxilio opportuno. Cum quippe oblatione placa-  
tus Dominus, gratiam, et donum penitentie concedens,  
crimina, et peccata, etiam ingentia dimittit. Una enim,  
eadem est hostia, idem nunc offerens sacerdotum mini-  
sterio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit. sola offerendi  
ratione diuersa. Cum quidem oblationis (cruente inq;) <sup>in</sup>  
fructus, per hanc in cruentu uberrime percipiuntur. tan-  
tum abest, ut illi per hanc quous modo deroyetur. Quare  
non solum pro fidelium uiuorum peccatis, penit, satis-  
facionibus, et alijs necessitatibus, sed et pro defunctis in  
Christo, nondum ad plenum pugatis, uti iuxta Aposto-  
lorum traditionem offertur.

Cap. ut

Ct quoniam in honorem, et memoriam sanctoru' non nullas  
interdum Missas celebrare consueverit, non temen illis  
Sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronauit.  
Unde nec sacerdos dieere solet Offero tibi Sacrificium

Petre, uel Pauli. Sed Deo de illorum ueboris gratias agens  
eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere  
dignentur in coelis. quorum memoriam facimus in terra

Cap. iii.

Cum cum sancta sancte administrari conueniat, sitq; hoc ipsi  
sanctissimum Sacrifacium. Ecclesia Catholica, ut digne, reue,  
zenterq; offerretur, ac perciperetur: sacrum Canonem multis  
ante seculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil  
in eo contineatur, quod non maxime pietatem guardam  
redoleat mentesq; offerentum in Deum erigat. Is enim con  
stat cum ex spissis Dni uerbis, tum ex Apostolorum tradicio  
nibus, ac sanctorum quoq; Pont. p[ri]m[us] institutionibus.

Cap. v

Cumq; natura hominum ea sit, ut non facile queat sine admi  
niculis exterioribus ad rerum Diuinorum meditationem  
sustollit: prouterea via mater Ecclesia ritus quosdam, ut  
scilicet quadam submissa uoce, alia uero elatione in alta  
pronunciantur. instituit: ceremonias item addidit  
ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, uestes,  
aliaq; id genus multa ex Apostolica disciplina, et traditione  
qui et maiestas tanti Sacraeij commendarecur, et mentes  
fidelium per hanc uisibilia religionis ac pietatis signa  
ad rerum altissimarum, quae in hoc Sacraeijo latenter  
contemplationem excitarentur.

Cap. vi

Optaret quidem sancta Synodus ut in singulis Missis fa  
deles adstantes non solum spirituali affectu, sed sa  
cramentali etiam Eucaristiae perceptione comunicaret  
quod ad eos sanctissimi huic Sacraeij fructus uibe  
rur perveniret. nec tamen si id non semper fiat propte  
rea

rea Missas illas in quibus solus sacerdos sacramentaliter  
comunicat, ut privatim et illicitas damnat, sed probat atq;  
ad eo commendat. Secundem ille quoq; missae uere comunes  
censeri debent. Partim, quod in eis rorulus spiritualiter  
comunicet, partim vero, quod a publico ecclae numero non  
pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus qui ad Corpus Christi  
pertinent, celebrantur.

Cap. vii.

Monet deinde sancta Synodus praeceptu' eius ab Ecclesia sa-  
cerdotibus ut aquam uino in Calice offerendo misserent:  
tum quod Christum Dominum ita fecisse creditur, tum et  
quia e latere eius aqua simul cum sanguine exierit,  
quod sacramentum hae mysticæ recolitur, et cum aqua  
in Apocalypsi B. Ioannis populi dicantur, ipsius populi  
fidelis cum Capite Christo, unio representatur.

Cap. viii.

Cesi Missa magnam contineat populi fidelis eruditio[n]em  
non tamen expedire uisum est Pastori[bus], ut vulgaris panem  
singula celebaretur. quamobrem, retento ubiq; cuiusq; Eccl.  
antiquo, et a s. Rom. Ecclesia, omnium Ecclesiarum ma-  
tre, et magistra, probato ritu; ne oues Christi esuriant,  
ne uie parvuli panem petant, et non sit qui frangat eis  
Mandat sancta Synodus Pastori[bus], et singulis curam  
animatorum gerenti[bus], ut frequenter inter Missarum ce-  
lebrationem uel per se, uel per alios, ex his que in Missa  
leguntur, aliquid exponant, atq; inter cetera sanctiss.  
huius Sacrificij mysterium aliquid declarant. diebus  
presentim Dominicis, et festis.

III

III

Caput viii

Quia vero aduersus veterem hanc in sacrosancto Evangelio  
Apostolorum traditionibus, sanctorumq; Patrum doctrina  
fundatam fidem hoc tempore multi disseminati sunt errores  
multaq; a multis docentur, ac disputantur: Sancta Syno-  
dus post multos, grauesq; his de rebus mature habitos  
erectatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic  
purissimæ fidei, sacræ doctrinae aduersantur, damnare  
et a sancta Ecclesia eliminare, per subiectos hos Canones  
constituit

(Canon Primus) Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo uerum, et pro-  
prium Sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, qd;  
nobis Christum ad manducandum dari Anathema sit

(An. II.) Si quis dixerit illis uerbis Hoc facite in meam commemora-  
tionem, ~~Sacrificij in cruce peracti; non autem propitiatorij~~ Circa  
~~non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non or-~~  
~~dinasse, ut ipsi, aliq; sacerdotes offerrent Corpus et san-~~  
~~guinem suum Anathema sit~~

III Si quis dixerit Missæ sacrificiū tantum esse laudes, et  
gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacri-  
ficij in Cruce peracti; non autem propitiatorium, uel soli  
prodeesse sumenti, neq; pro uiuis et defunctis, pro peccatis,  
poenis, satisfactionibus, et alijs necessitatibus offerre  
debere Anath. sit

III Si quis dixerit blasphemiam irrogari sanctiss. Christi sa-  
craficio in Cruce peracto, per Missæ Sacrificium, aut illi  
per hoc derogari. Anathema sit

- V Si quis dixerit imposturam esse Missas celebrari in honore sacerdotum sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtemperanda, siue Ecclesia intendit. Anathema sit.
- VI Si quis dixerit canonem Missarum errores continere, ideoq; abrogandum esse. Anathema sit.
- VII Si quis dixerit Ceremonias uestes, et extera signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia, utitur, irrita, bula impietatis esse magis, q; officia pietatis. Anath. sit.
- VIII Si quis dixerit Missas, in quibus solus sacerdos Sacra mentaliter comunicat, illicitas esse, ideoq; abrogandas. Anathema sit.
- IX Si quis dixerit Ecclesiae Romanae ritum, quo submissa uoce pars Canonis, et uerba Consecrationis proferuntur damnandum esse, aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere, aut aquam non miscendam esse uino in Calice offerendo, eog; sit contra Christi institutionem. Anathema sit.

Ad quos Canones respondit R<sup>m</sup>us Archiep<sup>s</sup> Granatae  
 Anathema illud secundum non placet, in quantum definet Christum creasse Apostolos sacerdotes in coena per illa uerba Hoc facito in meam commemorationem. tum quo<sup>e</sup> extra proprium eius locum (qui est in materia de Sacramentis Iudicis, et sacerdotio, p<sup>o</sup> sequenti proxima Sessione iudicis) definitur. tum etiam quia difficultas haec non est discussa et disputata per Theologos

nec audiuntur sunt Patres, qui illam tractare, et sententias  
Piscorum Doctorum (quorum multi opositum non ob-  
scure sentiunt, inter se conferre, atque examinare  
vulnerant. Et potissimum, quia per <sup>illud</sup> multi Patres antiqui  
et gravissimi absq; necessitate damnantur. Non item  
placeat definiri Christum in cœna se obrulisse, cum sancti  
Doctores assertuerent illum semel hoc fecisse

(15) Decretum de observandis uel evitandis in celebratione  
Missa promulgatum in eadem Sessione vi. die. 17. sept. 20

Quanta cura adhibenda sit, ut saevosanctum Missæ sacrificium  
omni religiosus cultu, ac ueneratione celebretur, qui uis facile  
existimare poterit, qui cogitaret maledictum in sacris lite-  
ris cum uocari qui facit opus Dei negligenter. Quod si  
necessario fatemur nullum aliud opus adeo sanctum, ac  
Divinum a Christifidelibus altari posse, q; hoc ipsum  
tremendum mysterium, quo uiuifica illa hostia, qua Deo  
Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quoti-  
die immolatur. Satis etiam apparel omniem operam, et  
diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri  
potest interiori cordis munditia et puritate, atq; exteriori  
devotionis ac prestatis specie peragatur. Cum igitur mul-  
ta iam, sive temporum uitio, sive hominum incuria, et im-  
probitate irrepuisse videantur, quæ a tanti Sacrificij  
dignitate aliena sunt, ut ei debitus honor, et cultus ad  
Dei gloriam, et fidelis populi adhæsionem, restituatur.  
Decernit sancta Synodus, ut Ordinary locorum Episcopi  
ex omnia